



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 52. Colloquium primum de Ecclesia, & S. Imaginibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Sæcul. XVI. doctrina concordari, nec absque aucto-
A C 523 ritate aboleri posset, ideo Senatus, ur-
 gente Zwinglio alium indixit conventum
 hoc anno ad finem Octobris celebran-
 dum, in quo agitaretur, quid hac in re
 decernere expediret: ut autem Conven-
 tus confluentium numero celebrior es-
 set, Tigurini Senatores præter Constan-
 tiensem, Curiensem & Basileensem E-
 piscopos, duodecim Helvetiorum Pa-
 gos, necnon Basileensem Universitatem
 adesse rogarunt.

§. LII.

*Colloquium primum de Ecclesia, &
S. Imaginibus.*

Igitur præstituta die, quæ erat feria se-
 cunda, ante Festum SS. Apostolorum
 Simonis & Judæ Tiguri conventus ce-
 lebratur, atque ad disputationis, quæ
 tertium omnino diem temuit, exitum
 probe dijudicandum a Senatu nominan-
 tur Vadianus, Hoffinanus, & Capple-
 rius. In primo colloquio agebatur de
 Ecclesia, quam Zwinglius in duplice
 sensu accipi affirmabat; nam primo om-
 nem verorum Fidelium, quorum Chri-
 stus Dominus est Caput, cœtum, & se-
 cundo particularem in quodam loco fi-
 delium societatem per eum intelligi a-
 jebat, & addebat, quod in nullo sensu
 Car-

Cardinalium, & Episcoporum cœtus es-
se possit Ecclesia. Post hæc proferebat Sæcul. XVI.
A.C. 1523.
non sine magno contemptu Pontificis
Decretum, ac Cæsaris edictum, dice-
batque, ex S. Literis probandum esse,
quod Zwinglii doctrina foret erronea,
dein transit ad articulum de S. Imagin-
ibus, earumque cultum impugnavit ex
veteris, novique Testamenti textibus.
Ast Judicum unus mox opposuit, his
testimoniis nonnisi falsorum Numinum
simulacra prohiberi; ceterum a Moyse
æneum serpentem fuisse erectum, necnon
foederis arcam Cherubinis ornatam: mox
alius pronunciavit, sacras Icones ru-
di populo esse relinquendas, edocen-
dum tamen illum, qua ratione eas ho-
norari, cultumque ad Deum referri o-
porteret; præceptum vero: *Non facies*
tibi sculptile, ajebat respicere Judæos,
gentem ad idololatriam sat proclivem,
ut proin illud nostra ætate haud ultra-
vim legis obtineret; ast Zwinglius per-
vicaciter propugnabat, S. Imagines om-
nino abolendas, cum præceptum sit u-
niversale, ac serpentis & Cherubinorum
simulacra, quæ erant super arcam posi-
ta, a mandato tantum fuissent exempta,
tales autem exceptiones esse in Regu-
lam trahendas negabat. Nec his con-
tentus, imagines, et si nullo cultu ho-
norentur, asservari tamen minime per-

T 4

mitte-

Sæcul. XVI. mittebat, constanter affirmans, eas pe-
A C 1523. nitus a divina lege proscribi; præterea
 Sanctorum cultum impugnabat, ac de-
 dum hujus colloquii sententia eo ibat,
 ut S. Imagines everterentur.

§. LIII.

Colloquium II. de Missa.

Agitabatur in altero colloquio quæstio
 de Missa, quam Zwinglius nullo pa-
 cto sacrificium, sed nonnisi nudam sa-
 crificii, quod Christus Dominus in a-
 ra Crucis obtulit, commemorationem
 esse voluit. Ast adversus tam impium
 dogma insurrexit Vadianus, atque ex
 Malachia Propheta ostendit, Missam
 verum esse Sacrificium; hancque in rem
 adduxit id, quod Christus sit verus Sa-
 cerdos secundum ordinem Melchisedech,
 atque ab universa & antiqua Ecclesia
 unanimi consensu agnosceretur realis
 præsentia Corporis & Sanguinis Domi-
 ni in altari, eoque Crucis sacrificium
 repræsentaretur. Vadiani ecquidem ar-
 gumenta refellere conabantur Zwing-
 lius & Leonius de Juda, ast nihil prom-
 ptum illis erat, quod ei responde-
 rent, succurrebat tamen unus ex ad-
 stantibus, qui perinde acsi jam satis su-
 perque fuisse probatum, quod Missa
 non sit sacrificium pro vivis & mortuis of-
 feren-